



**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère <1543-1623>

Mogvntiæ, 1617

Cap. 10. De Irregularitate ex homicidio fortuito,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

sua puniendo, incurrit in eam, si se defendendo occidat aut mulier, etiam si aliter vitam propriam defendere non valeat, quam occidendo, vel mutilando alium. Ratio est: quia iura excipientia ab irregularitate ex homicidio, illum qui se defendit: intelligenda sunt de licita defensione, cum non faueant vitiis. Addit Maiolus in cap. n.8. idem esse iudicandum de eo, qui sua culpa se subiecerit tali necessitatibus: ut de eo qui rixam provocavit, aut qui aliam domum ingressus est furandi, vel adulterandi causa: talem enim & quemuis similem, si ipse occidat, vel mulier ad necessariam vitam propriam defensionem, contrahere irregularitatem: quod etiam sentit Nauar. in Enchir. cap. 27. num. 238. Sylvestr vero, & Tabiensis locis cit. contra sentendum putant, nisi ad sit illicite defensio: ita ut minime fiat quis irregularis, si se licite defendat: ut censetur facere, cum illicite inuidit: vel in casu quem in exemplum proponit Nauarri: cum in adulterio vir, vel consanguinei mulieris irruunt ad ipsum interficiendum: quod eis non licet. Quae sane sententia defendi potest eo argumento; quod ius ab absolute loquuntur de eo qui iusta defensione vititur ad vitam propriam tuendam, quando illum ab irregularitate eximit. Eam sequitur Henriquez lib. 14. cap. 10. §. 3. in fine, quam & exemplis illustrat in sequenti §. 4.

Quartum quod considerare oportet, est: An defensio sit periculum secutum, an ipsum praevenitur. Si enim is qui se defendit, prius occidit, quam peractus, & conatus aduersarii inuasoris, sit in evidenti periculo vita constitutus, incurrit in irregularitatem. Nec enim ad hanc vitandam sufficere solam suspicionem, aut metum verosimilem, patet ex cap. Suscepimus. De homicidio, vbi irregularares decennuntur duo fratres, qui cum latrones ligassent domini, & alter profectus esset ad Iudicem, manente altero ad eos custodiendos; quos cum videret conari vincula dissoluere, timens occidit ab illis si soluerentur, praeuenit ipsos occidendo. Et ratio esse potest, quod talis tunc non defendit se, constitutus in vita periculo, a quo aliter, quam occidendo se liberare non possit: sed tantum sibi cauet ab eiusmodi periculo. Quando autem propter actiones, vel conatus aduersarii inuasoris, debeat quis ceteri in eo vita periculo iam constitutus, ut ad illam conservandam occidere, aut mutilatione inuasoris, ne primus quidem iustus illius expectandus fuerit: certa regula definiti non potest, sed prout habet Panorm. ad cap. Olim. 1. De restituitione spoliatorum, nu. 16. relinquitur definitum viri boni arbitrio.

Ceterum licet Maiolus in eod. cap. num. 11. significative datur, quod congruenter Concil. Trident. less. 14. De reform. cap. 7. is qui perinevitabilem necessitatem se defendendo occidit, aut mutilat, dispensatione eget, ut possit tam ad Ordines, quam ad beneficia quacunque, & dignitates Ecclesiasticas promoueri: nihilominus tamen cum talis non incurrit irregularitatem ut ipsem Maiolus in p. 11. sign. 6. fateretur, & satis patet ex antedictis: Concilium ipsum Trident. non videtur extendendum ad casum in quo committitur homicidium ad necessariam vitam propriam defensionem, cum moderatione inculpatae tutela. Aut certe intelligendum esse: ad vitandum scandalum, & ad occursum scrupulis qui subiungi possint: statuere, ut antequam is qui tali modo se homicidium commisisse dicat, admittatur ad Ordines, aut beneficia, vel dignitates Ecclesiasticas; debeat per sententiam Episcopi ordinarii, aut si causa subiicit, Metropolitanus, vel Episcopi viciniorum, declarari id ipsum homicidium commissum fuisse ad vitam propriam defensionem cum moderamine inculpatae tutela. Vnde si factum sit occultum: & per eam necessitatem homicida inueniatur exculpatus a mortali, is nec dispensatione, nec sententia declaratoria indigebit, ut etiam ex-

prescit Henriquez lib. 14. cap. 10.
§. 2. sub finem.

C A P V T X.

De irregularitate ex homicidio fortuito.

S V M M A R I V M.

- 113 Triplex homicidium ex quo irregularitas contrahitur: quodg. fortuitum possit tribus modis committi.
- 114 Ex homicidio fortuito incurritur irregularitas vacando rei illicite.
- 115 Itemque vacando rei licite, si non sit adhibita in cauendo sufficientis diligentia: secus si sit adhibita.
- 116 Vacantem rei illicite non excusat ab irregularitate, adhibita in cauendo homicidio, vel mutilatione diligentia.
- 117 Qualem oporteat esse rem illam illam citam.
- 118 Non est irregularia, qui iterum inducit ad perpetrationem criminis, propter quod est a iudice affectus suppicio.
- 119 Oportet esse illicitam ratione periculi quod habet causandi homicidium, vel mutilationem.
- 120 Ex homicidio fortuito quod committitur vacando rei licite, oritur irregularitas, si deficerit diligentia in cauendo; non item si deficerit.
- 121 Differentia inter eum, qui ex pietate, & cum, qui ex iustitia dans rei licita operam, fortuito causam dat mortis, aut mutilationis.

HA C T E N V S ea quae in genere ad irregularitatem ex homicidio pertinent exposita sunt: dinceps particularia consideranda sunt, que reuocantur ad tria capita. Nam cum homicidium propter quod irregularitas incurritur committi possit; aut praeter intentionem committentis: sive, quod idem est, fortuito: aut ex intentione eiusdem: hocque, vel dicto, vel saeo; omnis irregularitas ex homicidio: vel ex homicidio fortuito, vel ex homicidio per dictum, vel ex homicidio per factum: unde si ut dicenda in particulari de irregularitate ex homicidio, ad aliquam talium pertineant; quas ideo sigillatum considerabimus.

Vt ergo ad primam aggre. Namur: Homicidium fortuitum potest tribus modis committi: primo, dando operam rei illicite, id est, agendo aliquid quod ipsi agenti non conuenit, sed prohibitum est: ut constituto in maioriis Ordinibus chirurgia, ex cap. Sententia, Ne Clerici, vel Monachii. Secundo, dando quidem operam rei licite, sed cum aliqua culpa, propter non adhibitam eam quam debuit cautionem, & diligentiam, ad vitandum homicidium, vel mutilationem (quod bene, Caieta, in particulari explicat 2.2. quest. 64. art. 8.) ut si laicus venando in loco vbi solent interdum esse homines, non circumsciriat diligenter aequaliter catapultam disperdat, hominemque vel occidat, vel mulier. Tertio, dando operam rei licite ab illo culpa; ut sit cum adhibetur conueniens diligentia, nec omittitur aliquid eorum, quae seruari debent, ne contingat aliquid aduersum.

Atque primo modo occidens vel mulier, incurrit irregularitatem, ut patet ex cap. Continebatur, De homicidio: vbi habetur exemplum de Diacono, qui ludens quodam ludo non conueniente sibi, dedit causam homicidio fortuito: & ex c. Suscepimus, cu us argumentum superius attigit, & ex cap. Tua nos, eod. titul. vbi ex exemplum de Monacho, qui cum peritus esset artis chirurgicae, vsupans officium quod suo statui minime conueniebat, incidit tumorem mulieri, que contra praeceptum ipsius exposuit se vento, & inde mortua est. Idem iudicium esse notat Couar. ad Clemen. Sifuriosus, par. 2. §. 4. nu. 3. de eo qui curam habens egroti, dat ei aliquam potionem absque medicorum mandato, aut contra ipsorum prohibitionem, siinde ille moriatur. Idem quoque esse, si incaute verrat infirmum, aduentens periculum accelerandi mortem. Adde etiam idem de medico, aut chirurgo qui ex imperitiis, aut negligencia mortali, infirmum occidit, ut alis in margine citatis habet Henriquez libr. 14. cap. 19. §. 3.

Incurrit etiam qui occidit, vel mutilat secundo modo, ex-

115.

do, ex cap. Presbyterum, & cap. Ad abundantiam, De homicidio: in quibus decernuntur irregulares duo Presbiteri, qui verberantes causa correctionis, quod licitum est, non adhibita conuenienti diligentia, ad cauendum homicidium, vel mutilationem, dederunt verberato cauam mortis. Tertio autem modo, occidens vel mutilans, irregularitatem non incurrit, ex cap. Dilectus, cap. Exiliensis, & z. cap. Significasti i. cap. Ioannes, & cap. Quidam, De homicidio.

116. Ad pleniorum autem intelligentiam horum. Notandum est primo, cum *Cognit. iur. s. 4. nu. decimo*, ex communis sententia, illum qui primo modo homicidium fortuitum commiserit, non excusari ab irregularitate, quantumvis adhiberit eam cautionem, & diligentiam qua exhibita non incurrit alius qui dando operam rei licite, illud commississet: ut *Monachus*, vel Ecclesiasticus aliquis iocat do, aut saltando cum muliere grauia quæ ob id abortit, fecit iam informata anima inclinante, incurrit in irregularitatem, per cap. *Sicut ex tuarum, De homicidio*: quantumcumque in eo ioco, vel saltatione feruarit eam moderationem, quam feruans frater, propinquus, aut amicus honestus, cui licuisset cum ea iocari, vel saltare, non incurrit, quod exemplum est *Nauar. in Enchir. cap. 27. nu. 236.*

117. Notandum est secundo, cum Soto, in lib. 5. de iust. & iur. quæst. 1. art. 9. (quod approbat Nasar. in seq. n. 237. & Couar. in memorato n. 10. vers. igitur his.) temillicitam, cui dando operam contumeliam homicidio fortuitum inducens irregularitatem, debet esse talis, quæ ex genere suo, causa mutilationis, aut homicidij esse soleat: siue quia factus habens in se periculum in occidendi, aut mutilandi, ut hastilium, & venatio aprorum, aliarumque ferarum, qui fit armis, & canibus ferocibus: introductio meretricis in domum per recta.

Vnde concludunt Sotius & Nauar. errasse Sylvestrum, cum dixit Clericum irregularitatem incurire qui praescindendo alienam arborem, casualem intermit, etiam si diligentiam adhibuerit quæ ipsum praescidentem propriam arborem, a culpa, & irregularitate excusaret. Liceret enim occidere vacanciam rei illucitæ : ea tamen res non erat talis, quæ ex suo genere esse soleat causa homicidii. Concludit quoque Nauar. illud quod Caet. dixit, Clericum irregularitatem incurire, si venando occideret hominem : etiam si tantam diligentiam, quantam laicus, ut a culpa excusaretur, adhibueret. Illud, inquam, contrahendum est ad venationem que armis exercetur: neque extendendum ad eam, quæ sua natura ad homicidium, vel iniurilationem non dirigitur, ut venatio pascerum, aut perdicum, & alia huiusmodi, quæ sine armis fit.

Concludi etiam potest quod idem author habet in p[ro]ced. num. 235. Eum qui perfecta domum suam introducit meretricem fieri irregularē, si h[oc]c decidens moriatur, vel abortiat s[ecundu]m iam informatā animā rationāli: non item si perviam planam introducat, & idem contingat: quia quantumvis utraq[ue] introductio sit illicita: prior tamen est sufficiēter ex se ordinata ad occisionem, vel m[al]itia[n]em, non item posterior.

118. Conclidi possunt adhuc multa similia, quorum non
nulla commemoabantur in sequenti cap. 12. sc̄t. penul.
hæc autem in præsentiarum artiglile sufficit, ex quibus de
aliis iudicium formari potest. Tantum addemus, quod
non non videatur in irregulatatem si incurre, qual-
iterum induxit ad perpetrationē criminis propter quod
captus, morte mulctetur à Judice: quia non censetur il-
lum occidisse, sicut nec p̄ se criminolus censetur homici-
da sui, offerendo se iudici puniendum: quia Index pe-
testatem habet vitam auferendi criminoso ob peccatum
commissum. Neque in eo peccatur contra iustitiam,
contra quam est homicidium. Secus videretur vero si
induceret ad aliquid, ex quo vel sc̄psum necandum in-
duceret, ut Induxit armigerum suum primo Re-
gum capite ultimo: quia inductus vere tunc esset homi-
cida sui.

119. Notandum tertio cum Couar. in eodem loco, versu

secundo deducitur. Rem ipsam illicitam cui vacando homicidium casu committitur, non esse causam suffici-
cientem irregularitatis nisi illicita sit, quia periculosa, seu ratione periculi quod habet causandi homicidium, vel mutilationem: adeo villicita tantum ex alia causa,
qua vacare taliter nullam nec minimum habebet homicidij culpam, non posset constitui causa irregularitatis, qua imposita est propter homicidium. Hoc Couar. illustrat aliquot exemplis: vnicum, vt breuitati consulamus, attingamus, quod tale est. Silaicus chirurgus peritusissimus, in poenam aliquius criminis, absq; villo respectu ad periculum mortis, vel mutilationis a iudice prohibetur vir suus officio; & ipse contra prohibitionem, eo uteretur ad aliquam incisionem peritissime factam: ex qua per culpam agroti mors consecuta sit, non erit irregularis: quia quantumvis ea incisio illi esset illicita: non tamen per prohibitionem qua facta est ob periculum homicidij, et el mutilationis.

Notandum quarto, *Quia irregularitas non nisi ob-
iectum voluntarium imponitur: nec illud quod homo va-
cans rei licet facit prius intentionem, sit voluntarium:
si ipse faciendo, non neglexerit seuare quod debuit: sit
autem voluntarium, si neglexit seuare quod debuit. Notan-
dum, inquam, est, fortuitum homicidium tertio modo
commisum, non esse quidem causam sufficientem
incurrentiae irregularitatis: homicidium tamen com-
missum secundo modo, esse sufficientem, prout Sotus
lib. 5. De iust. & iur. quest. 1. art. 9. expressit. Qui & addit, non
videri probabile, ut dicta negligenter culpa si leuissima
sit; sufficiat ad inducendam irregularitatem ex homici-
dio illicito: que cum imponatur tanquam poena, debet
culpa propter quam imponitur proportione responde-
re, iuxta cap. *Fœlicis*, *De poenis*, in 6. Quod non viderit
fieri, si irregularitas incurritur ob homicidium per leuissimam
culpam admisum. Idem docet Couar. *in cit. §. 4.
n. 9.* per cap. *Quæsumit*, de pœnitent. & remissionib. post
Panorm. Ibidem, alioquin nonnullos. Quamvis autem
Sylu. *in verbo Homicidium* 2. *nu. 15.* *sequest. 23.* idem admis-
tens, velit ipsum esse intelligendum, siue culpa sit in o-
missione, ut cum sine actu, ac sine aliqua procuratione,
homicidium commisus est; siue sit in commissione, id
est, cum actu, & aliqua procuratione est commisum:
ipse tamen Couar. statum vult entitatem Panormit. in-
telligentis de sola culpa in omissione. Prosc̄g. adserit
cap. *Consulusti*, 2. *quæstion. 4.* tum quod leuissima culpa
contingens in committendo, ad leuem culpam pertinet
ex communī iuris peritorum sententia: cuius ipse memi-
nit in Epitome 4. Decretalium *par. 2. cap. 6. §. 8. num. 13.* ra-
tionemq; reddit, quod ex D. Thoma. 2. 2. *quest. 79. art. 2.*
maior culpa sit quæ in facto, quam quæ in omissione
committitur.*

Aduerit autem aliam esse rationem eius, qui in operi
licito, ut v.g. in custodia infirmi, diligentiam adhibere teac-
tur ex iustitia, prout iste tenetur, qui custodit mercede ad id
conductus: aliam vero eius, qui tenetur tantum ex chari-
tate: vt iste tenetur, qui pietatis tantum vel obediencia
causa gerit curam infirmi. Nam illum leuissima etiam culpa,
sive fuerit in committendo, sive in omitendo subiicit
irregularitatibus: vt cum Sylu. docet Couar. in prius citato
num. 9. Hunc vero neque leuis culpa, sed sola grauis sub-
iicit, vt communem Summistarum sententiam esse videtur
ibid. Syluest. Quamquidem D. Anton. 3. part. tit. 28. cap.
2. §. 4. sub finem expressus: iniquis custodem infirmi, qui
huic porrigit vinum, vel aquam, aut non bene custodit
si bona fide id fecerit, quantumcumque mors inde sub-
sequatur, non debere angri scrupulo incursare irregularita-
tis: nisi culpa ipsius fuerit latra, & negligientia dissoluta:
nempe si dimiserit vi et letum in platea; vel se vino in-
gurgiterat, ita ut ex ebrietate non potuerit vigilare
vel illiciescere curia illigatio: vel dando

vel alias vacauerit rei illicitæ: vel dando
prædicta contra medici pro-
hibitionem.